

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gratitudo siue graciarum actio x  
cum fonte primo

Non omnes grati sciunt,  
debere beneficium potest eciam imprudens et rudis et unus e turba,  
ignorat autem quantum pro re debeat.

Seneca ibidem (LXXXIII. epistola).

Non omnes esse grati sciunt:  
debere beneficium potest etiam imprudens et rudis et unus e turba,  
utique dum prope est ab accepto,  
ignorat autem quantum pro eo debeat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 81.8  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.265, ll.20-23).